


1  
239661  
Incunabel

M.S.



Hel. Schr. 4036.

H. un. cc. II. 105



I.  
239661.

Incunabel



1.

Guillelmi Caoursin Rhodiorum Vicecancellarij oratoris prece-  
lentissimi magistri Rhodi: ad Summum Pontificem Innocentiū  
papam Octauū: oratio.

**C**hrisiana sanxit religio: pater beatissime: ut qui catholi-  
co caractere est insignitus: Romanū pontificē vniuer-  
salis ecclesie pastorem profiteat̃. Illud quippe a natura datum  
est: ut qui existentiā tutari velit: vnitatē amplecti maxime stu-  
deat. Rerum pfecto vniuersitas entis vnitatē appetit. Grues  
enim volatu suo vnū sequūtur ducem. Apes dum mellificāt: si-  
bi ductorem preponūt. Formicę cum prouident preuentis vesti-  
gium sollicitē seruant. Exercitus milites: imperatorem colunt  
vnū. Genera quę generalissima vocitantur: in entitatem ferū-  
tur. Recte sapiens ille philosophorū princeps Aristoteles ait:  
Principatū pluritas mala: vnus sit princeps: a quo potestas:  
norma: disciplina fluit: manat: deriuat̃ omnis. Quo effectum  
esse nō dubitarim: gentiles olim Romanos post expertū repu-  
blicę imperiū monarchā colere statuisse: in ecclesiasticę monar-  
chię presagium quoddā. Optima itaq; rōne suasi orbis reges:  
potentatus: ac mortales vniuersi catholica fide imbuti: Roma-  
num pontificem: principū principem ⁊ monarchā colunt: a quo  
qui discesserit: ecclesie quidē vnitatem abdicatus: tanq̃ scismati-  
cus intereat necesse est. Pijsissimis horū vestigijs inherens Rho-  
diorum precellentiſſimus magister Petrus Daubusson catho-  
licę fidei cultor deuotissimus: te Innocentiū huius noīs papā  
Octauū: verum: vnicum: indubitātū dñi nostri Jesu xp̃i vica-  
rium: beati Petri apostolorū principis successorē: ecclesie catho-  
licę pastorem: ac Romanū pontificem pfitetur: colit: obseruat:  
tibiq; tanq̃ vero xp̃i vicario: puram obedientiā ⁊ illibatā fili-  
ationem post pedum oscula beatorū: genu flexo reuerenter exhibet.  
Ille ipse quidem generosissimus Rhodiorū magister: vbi te  
ad summi pontificatus apicem euectū intellexit: incredibili affe-  
ctus est læticia. Rhodiorūq; milites: ciues: incolę: eo accepto nun-

*Wimper fimm bulobta fivilign*

*Verbum, sub Jun Martij...*

*Leopold von 6<sup>ten</sup> Jänner des Jahres*

cio congaudent. Tibi quoq; q̄ tantę dignitatis fastigiũ ad-  
 ptus es congratulan̄. Cōgratulationis enim gr̄a: toto vrbē li-  
 gnoꝝ congerie passim incensa: plausu quidē alacrioz̄i acclā-  
 mauere oēs: Viuat viuat viuat in eternũ Innoc. octau⁹ pont-  
 maximus. Nec ab re in tua certe diua persona virtutes locatas  
 intelligūt amplissimas. In agendoꝝ cōsulatione prudentiam.  
 In audiendis querelis humanitatem. In subleuandis egenis  
 munificentia. In discidentiũ conciliandis animis peculiarem  
 gr̄am. In dei cultu rectā fidem. In aduersis perferendis fortit-  
 tudinem. In actis humanis temperantiā. In discolis psequen-  
 dis seueritatem. Deniq; in omni opere iusticiā: qua facile ceter-  
 ros vincis. Sperāt Rhodij Sanctissime pater sub tuo felici pō-  
 tificatu Turcoꝝ tyrannidem extinctũ iri. Tibi nāq; sacratissi-  
 mo pontifici Innocentio pi. ssimo: noīe quidem ⁊ re purissimo  
 huius victorię palma debetur. quippe qui pace frueris florida:  
 qui voluntate integerrima: qui potentia sublimioꝝi: qui sapien-  
 tia eminentioꝝi polles. Rerũ quidem gerendarũ vera materia:  
 ⁊ sine quib⁹ effectus sequit̄ nullus. Te quoq; suũ p̄cipuũ pro-  
 tectozem non īmerito autumant Rhodij. Sit igit̄ faustus tu⁹  
 pontificatus ac felix monarchia: sub qua Rhodioꝝ crux hostes  
 proterat. Crux Ierosolymoz̄ militum pontifex maxime: signũ  
 est illibatũ: qđ quidem octaganũ in gestantis pectore conspici-  
 tur. Cuius octo angulũ obliqui acutiores: vnionib⁹ perlucidis  
 ornati sunt: qui euangelicas octo btitudines figurāt. In octa-  
 gono quoq; tetragonũ locatum est: cuius quatuoz̄ angulũ obli-  
 qui obtusiores gēmis preciosis sūt redimiti: quę cardinales vir-  
 tutes denotant. Anguloꝝ quidē obliquitas: crucis medio pun-  
 cto ducentib⁹ lineis coherens rectificat: vbi pia mente crucifi-  
 xus descriptus imaginarie videt̄: cuius tres clauĩ lapillis can-  
 didissimis sunt insigniti: qui theologicas virtutes designant.  
 In ipsarũ autē beatitudinũ ac virtutũ p̄claris actis: Rhodij  
 milites sese ab ordinis primeua institutione feliciter exercent.  
 Victricia sunt hęc pontifex: sapientissime crucis insignia: sub





quibus milites ipsi Turcoꝝ tyrannū: rege Mitridate potenti-  
 orem: rege Creso ditiozem: Nerone crudeliozem propulsarunt.  
 Pugnauit nō paucos ānos victoriosum hoc crucis signū cum  
 tyrāno crudelissimo. Et bellū post Cōstantinopolis expugna-  
 tionem gestum longe crudelius: longe periculosius: longe qui-  
 dem atrocius compertū est. Ad Coioꝝum Alerentiam Hypocra-  
 tis medicinę p̄ncipis incunabula: urbem quidem p̄clarā cum  
 Turcis feliciter certatum. Ad Antimachiā eius insulę opidum  
 Turcensi oblidione vallatū: Coij victores euasere: nominisqꝫ  
 inditi proprietatē locus auxit: contra pugnās recte interpreta-  
 ri poteris. Sub idem ho tempus Turci Simis castellū oppu-  
 gnauerē. Opidani quoqꝫ Aerei fortissimi quidē conciuis: ad  
 Troiam (si Homero credimus) pugnantis: virtutē imitati:  
 hostis imānitatē perfregere. Posteriori autē tempore classis in-  
 imica veloz centum Tili insulam aggredit: que fortiter defen-  
 ditur. Sepe quoqꝫ Rhodię triremes Turcoꝝ rostratas naues  
 ⁊ classem inuasere: pressere: vicere. Nec p̄terire libet atrocissi-  
 mam illam oppugnationē: qua Carrarum Soldanus Rhodios  
 iam dudū affecit. Ubi Egyptij victi: cum ignominia ⁊ iactura  
 proprias reuisunt sedes. Auper autē q̄ atroc fuerit Rhodiorum  
 Turcēsis oblidio: baud ignotū est. in qua magister athleta for-  
 tissimus verus Nachabeoꝝ imitator: inter confertissimos ho-  
 stes dimicās: quinqꝫ excepit vulnera: suiqꝫ cōmiliones sangui-  
 nis aspersione maduerunt. Huius quidē percelebris victorię sa-  
 ma totū peragrauit orbem: quam nulla obliterabit vetustas.  
 Eius p̄fecto repulsę ignominia affectus Naumethes Turcoꝝ  
 rum princeps: Rhodios ter execrans: damnatā euomit animā  
 Cuius internitione respirauit Europa: nomēqꝫ latinū. Buctoꝝ  
 re quidem deo oīa prouidente: felicis recordatiōis Sirto quar-  
 to pontifice maximo suffragante: colendissimo patrū Senatu  
 opitulante: strēnuissimo Rhodioꝝ magistro dirigēte: equites  
 Rhodij p̄ fide catholica ⁊ sacra Ro-eclesia militātes: ea sunt  
 feliciter perpetrati. Quid felicius: q̄ pro xp̄o sanguinē funde-


re: Quid fortius: q̄ hostem potentissimū vincere: pactoq; adi-  
 gere: Quid p̄clarus: q̄ tyrannū formidolosum conatib; ar-  
 cere: Nec minus splendidū pater sancte subsecutū est. Monitu  
 certe prudētissimi Rhodiorū magistri Petri Daubuffon: Tur-  
 corum princeps Bagiazit: qui nūc imperat: classem in latiuū pa-  
 ratam: estate proxime decursa: intra Delesponti fauces cōtinu-  
 it: prudemq; astu prudētissimo: cum hoste federe percusso Ach-  
 mat Basiam Idroantis expugnator: ē: latio insensissimū repenti-  
 na rex rapuit: cuius mors haud paucoꝝ vita censetur. O diui-  
 na sapientia. O diuina clementia. O diuina pietas. nō desinis  
 indies prodire modos: quib; Othumanidū extinguat familia  
 Erur. est hęc felix sanctissime pater: cui; stigmatē insigniti: ad  
 hanc diem inuicti p̄mansere. nec agrū: nec vicum: nec opidum:  
 nec urbem p̄didere. nec tyrāni tributo: sacrosanctę sedis ap̄licę  
 adiuti p̄sidijs iugū submisere. Pro quibus gr̄as ingentes ha-  
 bemus. referrem; si facultas suppeditarit. Stat insignis urbs  
 Rhodia: olim Romanis amica: ab antiquis miris celebrata p̄  
 conijs. etate quidē nostra facinoribus illustrata clarissimis: ac  
 sedis ap̄licę deuotissima: permansurāq; in eūū tuo quidē felici  
 pontificatu auctore speramus. Studebis nō ambigimus sacra-  
 tissime p̄sul Turcoꝝ nephandā gentem pessundare. Nec par-  
 uipendes Rhodiā urbem tutari: quę auitos cineres recōditos  
 possidet: genitoriq; ortū dedit. Dignabit; quoq; tua Sāc̄titas  
 splēdidissimū Rhodiorū maḡm Petrū Daubuffon: virtutib;  
 ⁊ claris gestis insignitū cōdigno fauore ⁊ gr̄a p̄sequi. propen-  
 siorq; erit tua Sanctitas in eūm ordinē: qui fortia Turcis ob-  
 iicit pectora. In quoz; perniciem: animū: corpus: fortunas: lic; ⁊  
 pertenuēs tuę pollicent; Sāc̄titati: rouent: dedicāt. Quę ut po-  
 tens p̄ficere sit: deum suppliciter exorā: vires adaugeat: qui-  
 bus hostis atrocissim; succumbat: ⁊ p̄ diuturna tempora tuam  
 beatitudinē seruet incolumem.

Diri.

Habita in cōsistorio publico: quinta calendas Februarias An-  
 80. M. cccc. lxxxv. a natiuitate.









G. RAUTNER  
SINGERSTRASSE

1891



